Quare triginta milia marcarum pro redempcione sua constituit, omnibus captivis in Hayn primo libertati donatis. Item coactus fuit renunciare pro se et suis heredibus omni iure in accione sibi competenti in marchia Lusacie et in castris Landisberg, Ekkirsberg, Nuenburch, que pater suus dicto Waldemaro obligaverat. Preter hec omnia pro redempcione sua fuit compulsus dare pro pignore castrum Missnense, civitatem Friborgensem patruo dicti Waldemari, preterea dilectam unicam filiam suam compulsus fuit promittere in matrimonium comiti de Anhalt +. De quo plus doluit, quam de omnibus aliis persolvendis. Eoque soluto de captivitate, computati sunt plusquam centum milia marcarum exposita pro redempcione una cum dampnis et expensis exposita fuisse. Libertate positus patruum Waldemari persequi cepit eumque de terra Missnensi et de castris Landisberg et Missene[a] potenter effugavit. Tandem senio et labore fatigatus unico filio suo Frederico filiam Mechtildam Lodewici imperatoris in matrimonium sociavit. Cui gubernacula principatuum Thuringie, Missine et orientalis regionis cum terra Plissenensi committens obdormivit in Domino[b] Isenaco apud sanctam Katherinam, ut dicitur, sepultus. Pro merito inclitis nostri principes moderni, sui pronepotes, exorare tenentur, quia sua magnanimitate et audacia viriliter pugnans pro patria sua eam feliciter et victoriose optinuit, suis filiis et nepotibus iuste hereditavit.

Fredericus siquidem, precedentis Frederici filius, Thuringie lantgravius et marchio Missnensis[c] ex Mechtilda filia Lodewici[d] imperatoris genuit quinque filios,[e] quorum primus mortuus fuit

m Missn

+ f. CCLXX c

a) missene (nissene) — m Missn

b) suam del. (add. pcd) (Tintenspr.)

b) addit man. rec: Obiit anno Domini MCCCXXIII.

pugn.

c) eciam del. missn (add. pcd) (Tintenspritzen)

d) lodewi c.